gloria mirabili videbunt omnes homines oculis
corporalibus, sed quare veniet *in nubibus*?⁵⁵⁷ Dicendum
quod si hic⁵⁵⁸ est aliqua ratio litteralis forte hoc⁵⁵⁹ fiet ut
eius excessiva claritas contemperetur⁵⁶⁰ oculis omnium.
Mystice autem rationes sunt multe, sicut et quare ascendit
in nube et quare⁵⁶¹ Moysi in monte apparuit in nube.⁵⁶²

Et mittet angelos suos cum tuba, si hec tuba et⁵⁶³ vox
est Christi, per ipsam intelligitur efficax imperium mortuos
suscitans seu expressa revelatio illius temporis et⁵⁶⁴
operum⁵⁶⁵ eius, que⁵⁶⁶ pro quanto ministerialiter⁵⁶⁷ fiet⁵⁶⁸
per angelos pro tanto hec tuba et vox erit angelorum *et*
congregabunt electos eius.⁵⁶⁹ Hoc potest⁵⁷⁰ exponi de

⁵⁵⁴ D/ *Dominici*

⁵⁵⁵ Matt 24:30.

⁵⁵⁶ A/B/ *autem*

⁵⁵⁷ Matt 24:30.

⁵⁵⁸ A/ *hec*; F/ omits *hic*

⁵⁵⁹ D/ *hic*

⁵⁶⁰ F/ *temperetur*

⁵⁶¹ D/E/ *quasi*

⁵⁶² F/ omits *in nube* from text but adds it in the right margin.

⁵⁶³ B/ omits *et*

⁵⁶⁴ D/ *ad*

⁵⁶⁵ F/ *operationem*

⁵⁶⁶ A/ omits *que*

⁵⁶⁷ D/ *misterialiter*

⁵⁶⁸ A/ *fiet ministerialiter*

⁵⁶⁹ Matt 24:31.

⁵⁷⁰ D/E/ add *intelligi seu*

electis ministerio⁵⁷¹ angelico rapiendis *in nubibus obviam Christo in aera.*⁵⁷² Aut per⁵⁷³ synodochen ut sit sensus quod *congregabunt* pulveres corporum electorum⁵⁷⁴ *a quattuor ventis,*⁵⁷⁵ id est a quattuor climatibus mundi, scilicet oriente, occidente, aquilone, et austro.⁵⁷⁶ Quomodo autem⁵⁷⁷ a quattuor ventis ostendit subdens, *a summis*⁵⁷⁸ *celorum usque ad terminos eorum,*⁵⁷⁹ id est a suprema parte regionis⁵⁸⁰ aeris⁵⁸¹ usque ad fines orbis qui⁵⁸² videntur esse fines unius recte lineae per latitudinem terre protense usque ad fines nostri emisperii⁵⁸³ et eodem modo intellige de inferiori emisperio. Vel secundum Chrysostomum, potest intelligi quod primo a Deo in⁵⁸⁴ instanti⁵⁸⁵ resuscitabuntur et resuscitati per angelos ad Christum adducentur et congregabuntur.⁵⁸⁶ Quod si sit potius fiet in

⁵⁷¹ D/F/ *misterio*

⁵⁷² I Thess 4:17.

⁵⁷³ B/ omits *per*

⁵⁷⁴ F/ *electorum corporum*; corrects *suorum* to *corporum*.

⁵⁷⁵ Matt 24:31.

⁵⁷⁶ *id est...et austro*; [sic Remigius] CA 24.9.415a.

⁵⁷⁷ A/ omits *autem*

⁵⁷⁸ A/ *summo*

⁵⁷⁹ Matt 24:31.

⁵⁸⁰ F/ *regione*

⁵⁸¹ A/ omits *aeris*

⁵⁸² A/D/ *que*

⁵⁸³ Cl. Latin *hemispherii*

⁵⁸⁴ A/ omits *in*

⁵⁸⁵ F/ omits *instanti*

⁵⁸⁶ Cf. Chrysostomus, CA 24.9.415b.

mysterium societatis⁵⁸⁷ et honoris sanctorum quam propter indigentiam motoris aut⁵⁸⁸ vehiculi.

Ab arbore autem fici et cetera.⁵⁸⁹ Quod⁵⁹⁰ autem post tribulationem⁵⁹¹ dierum illorum veniat exterminium reproborum, qui tribulaverunt electos et consolatio electorum per angelos in regnum Christi congregandorum, ostendit per similitudinem ficulnee que in vere appropinquante estate⁵⁹² emittit⁵⁹³ ramulos teneros et folia.

Ita, inquit,⁵⁹⁴ **et vos cum videritis hec omnia**,⁵⁹⁵ que scilicet de tribulationibus sunt predicta, **scitote**, id est certi (136^{ra}) et securi estote⁵⁹⁶ **quod**⁵⁹⁷ **prope est in ianuis**,⁵⁹⁸ scilicet⁵⁹⁹ regnum celorum et liberatio vestra. Non enim intendit dicere quod cum videritis omnia que post tribulationem debent⁶⁰⁰ sequi, tunc scitote, et cetera. Tum quia esset sermo ridiculosus, scilicet dicere cum videritis⁶⁰¹ totum esse factum scitote quia⁶⁰² fiet, tum quia per hoc in

⁵⁸⁷ D/ *societati*

⁵⁸⁸ A/ *et*

⁵⁸⁹ E/F/ omit *et cetera*; Matt 24:32.

⁵⁹⁰ D/ omits *quod*

⁵⁹¹ F/ corrects *triduum* to *tribulationem*

⁵⁹² A/ omits *estate*

⁵⁹³ B/ *mittit*

⁵⁹⁴ D/E/ *inquit*, assimilated d/t and thus *inquit* is read as *inquit*

⁵⁹⁵ A/ adds *et cetera*

⁵⁹⁶ A/ *estote et securi*

⁵⁹⁷ A/E/ **quia**

⁵⁹⁸ F/ *ramis*; Matt 24:33.

⁵⁹⁹ B/ omits *scilicet*

⁶⁰⁰ D/E/ *deberent*

⁶⁰¹ A/ omits *cum videritis*

⁶⁰² F/ *quod*

nullo confortaret electos in tribulatione existentes. Ad illos enim⁶⁰³ dirigitur sermo ut non desperent,⁶⁰⁴ sed potius confidant cito se⁶⁰⁵ liberandos. Hoc autem expressius distinguitur⁶⁰⁶ in Luca⁶⁰⁷ ubi dicitur, *hiis autem*⁶⁰⁸ *fieri incipientibus respicite*,⁶⁰⁹ et cetera.⁶¹⁰

Nota autem quod congrue de ficu sumpsit similitudinem. Tum quia est arbor pre ceteris habens fructus dulces, tum quia in yeme⁶¹¹ est valde passibilis⁶¹² a⁶¹³ frigore, et tunc eius virtus⁶¹⁴ stat absconsa. Yeme vero cedente⁶¹⁵ et estivo calore solis redeunte eius virtus incipit erumpere et in lucem prodire sic in tempore talium et tantarum⁶¹⁶ tribulationum spiritus et status.⁶¹⁷ Ad dulciores fructus ducens statuitur et tunc spiritualium germinum novi ramusculi, et nova folia, id est verba spiritualis doctrine per ardorem Spiritus et per quamdam appropinquationem solis Christi incipiunt prodire. Et hoc est infallibile signum quod

⁶⁰³ A/ *igitur*

⁶⁰⁴ F/ *desperarent*

⁶⁰⁵ F/ *se cito*

⁶⁰⁶ F/ *designatur*

⁶⁰⁷ A/ omits *in Luca*

⁶⁰⁸ F/ *itaque*

⁶⁰⁹ A/ omits *respicite*

⁶¹⁰ F/ omits *et cetera*; Luke 21:28.

⁶¹¹ Cl. Latin *hieme*

⁶¹² D/E/ *passiva*

⁶¹³ D/E/ omits *a*

⁶¹⁴ F/ *virtus eius*

⁶¹⁵ A/B/ *recedente*

⁶¹⁶ F/ omits *et tantarum*

⁶¹⁷ A/ adds *sanctus*, omits *et status*

prope est revelatio regni Dei, sive secundum gloriam sive secundum aliquam gratiarum affluentiam et eminentiam.

*Amen dico vobis quia*⁶¹⁸ *non preteribit generatio*
*hec*⁶¹⁹ *donec omnia fiant.*⁶²⁰ Secundum aliquos, sensus est quod non finietur mundus nec generatio humani generis donec predicta sint completa, et tunc non est aliud dicere nisi quod omnino complebuntur. Secundum Chrysostomum, vero sensus est⁶²¹ quod generatio fidelium querentium Dominum non peribit⁶²² neque deficiet usque quo omnia sint completa quod est dicere quod numquam superabitur neque deficiet.⁶²³ Secundum alios⁶²⁴ autem, sensus est⁶²⁵ quod generatio illius temporis in quo incipiet tribulatio non transibit donec omnia sint completa, quasi diceret non frangamini quia⁶²⁶ ultra presentem generationem tribulatio hec non protendetur.⁶²⁷ Et hoc quidem respectu⁶²⁸ temporis Christi videmus impletum, et⁶²⁹ respectu temporis antichristi credimus implendum.

⁶¹⁸ A/B/ *quod*

⁶¹⁹ F/ *hec generatio*

⁶²⁰ Matt 24:34.

⁶²¹ B/ *oportet*

⁶²² A/ *preteribit*

⁶²³ A/ omits *usque quo omnia sint completa quod est dicere quod numquam superabitur neque deficiet*; adds *et cetera*; F/ omits *quod est... neque deficiet* from text but adds it in the left margin.

Cf. Chrysostomus, CA 24.10.417b-418a.

⁶²⁴ B/ *aliquos*

⁶²⁵ D/ omits *autem*; *est sensus*

⁶²⁶ D/ *quod*

⁶²⁷ F/ *proteneretur*

⁶²⁸ D/ *respectum*

⁶²⁹ D/ *quod*

Celum et terra transibunt, scilicet quo ad aliquam suam formam priorem, ut mutantur in meliorem formam seu qualitatem, *verba autem mea non preteribunt* quin suple impleantur.⁶³⁰ Verbum enim tunc dicitur preterire quando eius veritas non impletur.⁶³¹ Tunc enim preterit⁶³² seu deficit a veritate debita, quia vero multum erant curiosi ad sciendum diem et horam adventus Christi, et sui regni, et liberationis electorum ac exterminii adversariorum, hec enim omnia simul currunt. Ideo hanc curiositatem volens tollere subdit, *de die autem illa et hora nemo scit*.⁶³³ Nota quod ab illo loco *cum videritis abominationem*⁶³⁴ usque huc, septem notabilia ponuntur, scilicet primo,⁶³⁵ aliquid quod est acriter⁶³⁶ attestandum,⁶³⁷ scilicet *abominatio desolationis*;⁶³⁸ secundo, aliquid quod est fortiter exequendum,⁶³⁹ scilicet fuga ad montes et non descendere de tecto necque reverti de agro;⁶⁴⁰ tertio, aliquid quod est

⁶³⁰ D/ *sub*, omits *impleantur*; E/ *subimpleantur*; Matt 24:35.

⁶³¹ F/ *implebitur*

⁶³² B/D/ *preteriit*

⁶³³ D/E/ omit *quia vero multum erant curiosi ad sciendum diem et horam adventus Christi, et sui regni, et liberationis electorum ac exterminii adversariorum, hec enim omnia simul currunt. Ideo hanc curiositatem volens tollere subdit, de die autem illa et hora nemo scit*, Cf. note 659; F/ omits *de die autem illa et hora nemo scit*; Matt 24:36.

⁶³⁴ F/ *abominatio*; Matt 24:15.

⁶³⁵ D/E/ *primo scilicet*; F/ adds *quod*

⁶³⁶ A/ *actum*

⁶³⁷ A/B/ *detestandum*

⁶³⁸ Dan 9:27.

⁶³⁹ Cl. Latin *exsequendum*

⁶⁴⁰ Cf. Matt 24:16-17

(136^{rb}) vehementer metuendum, scilicet *ve pregnantibus* usque ibi, *erit*⁶⁴¹ *enim tribulatio magna* et cetera;⁶⁴² quarto, aliquid in quo est firmiter⁶⁴³ confidendum, *sed propter electos breviabuntur dies illi*, et,⁶⁴⁴ *Amen dico vobis non preteribit generatio hec*, et cetera;⁶⁴⁵ quinto, aliquid quod est solerter precavendum, *tunc si quis vobis dixerit*⁶⁴⁶ *ecce Christus hic est*⁶⁴⁷ *aut ecce illic*,⁶⁴⁸ et *surgent pseudochristi*⁶⁴⁹ *et*⁶⁵⁰ *pseudoprophete* et cetera;⁶⁵¹ sexto, aliquid⁶⁵² quod est⁶⁵³ instanter desiderandum, scilicet *videbunt Filium hominis venientem [...] et mittet angelos suos [...] et congregabunt electos*, et *ubicumque fuerit corpus illic*⁶⁵⁴ *congregabuntur et*⁶⁵⁵ *aquile*,⁶⁵⁶ septimo, aliquid⁶⁵⁷ quod est perspicaciter perscrutandum, scilicet *ab*

⁶⁴¹ F/ *est*

⁶⁴² Matt 24:19, 21.

⁶⁴³ F/ *circulariter*

⁶⁴⁴ A/ omits *et*

⁶⁴⁵ A/ omits *et cetera*; Matt 24:22, 34.

⁶⁴⁶ D/E/ *dixerit vobis*

⁶⁴⁷ A/ *ecce hic est Christus*; B/ *Christus ecce hic est*

⁶⁴⁸ D/ omits *ecce*; A/ *illuc*

⁶⁴⁹ D/E/ omits *pseudo-*

⁶⁵⁰ D/ omits *et*

⁶⁵¹ Matt 24:23-24.

⁶⁵² F/ omits *aliquid*

⁶⁵³ B/ omits *est*

⁶⁵⁴ A/ omits *corpus illic*; B/ *ibi*

⁶⁵⁵ F/ omits *et*

⁶⁵⁶ Matt 24:30-31; Matt 24:28.

⁶⁵⁷ F/ adds *est*

arbore fici discite et cetera,⁶⁵⁸ et illud de Daniel *qui legit intelligat*.⁶⁵⁹

*De die autem illa et hora*⁶⁶⁰ *nemo scit neque angeli celi nisi Pater solus*,⁶⁶¹ Ieronimus dicit quod in quibusdam libris latinis⁶⁶² habetur *neque Filius*,⁶⁶³ sed in grecis dicit hoc non haberi.⁶⁶⁴ In Marco tamen habetur quod tamen⁶⁶⁵ non solum secundum eius dietatem, sed nec etiam secundum eius humanitatem⁶⁶⁶ est simpliciter verum, sed solum secundum quid seu potius solum quo ad quid. Secundum enim Augustinum, Filius⁶⁶⁷ dicitur hoc nescire, quia nescit hoc nobis, id est quia in hoc habuit⁶⁶⁸ se quo ad nos⁶⁶⁹ ad modum nescientis.⁶⁷⁰ Sed forte aliquis obiciet quod eadem ratione potest dici quod Pater nescit hoc quia

⁶⁵⁸ Matt 24:32.

⁶⁵⁹ D/E/ add *et cetera*; The passage: *quia vero multum erant curiosi ad sciendum diem et horam adventus Christi, et sui regni, et liberationis electorum ac extremii adversariorum hec omnia enim similter(A/B/ hec enim omnia simul) currunt ideo hanc curiositatem volens tollere subdit* which was omitted earlier by MSS D and E appears in the text at this point, Cf. note 633; Matt 24:15.

⁶⁶⁰ A/ *illo*; F/ omits *et hora illa*

⁶⁶¹ Matt 24:36.

⁶⁶² A/ omits *latinis*

⁶⁶³ Mark 13:32.

⁶⁶⁴ Cf. Hieronymus, CA 24.11.417b.

⁶⁶⁵ A/ *cum*

⁶⁶⁶ D/E/ *humanitatem eius*

⁶⁶⁷ A/ adds *hominis*

⁶⁶⁸ A/B/ *habet*

⁶⁶⁹ A/ adds *et*

⁶⁷⁰ A/ *nesciendi*; Cf. Augustinus, CA 24.11.418a.

ita parum revelavit hoc eis sicut Filius.⁶⁷¹ Ad hoc tamen potest dici quod quando due sunt persone quarum una tenet locum et officium et ymaginem⁶⁷² magni⁶⁷³ secreti sicut tenet rex prout est in secreto consilio, altera vero tenet locum et officium nuntii et preconis aut⁶⁷⁴ doctoris. Tunc si ista⁶⁷⁵ non dicat quod queritur et quod revelandum videtur, apparet quasi nescius illius rei. Non autem hoc apparet⁶⁷⁶ de alia⁶⁷⁷ cuius officium est servare⁶⁷⁸ secretum. Sic autem se habebant⁶⁷⁹ Filius et Pater. Sed iterum ex hoc non videtur posse argui quod angeli hoc simpliciter⁶⁸⁰ ignorent⁶⁸¹ quia poterit dici⁶⁸² quod dicuntur nescire, quia⁶⁸³ nesciunt nobis. Et hoc idem poterit dici de prophetis aut aliquibus sanctis, dato quod Deus hoc⁶⁸⁴ revelaverit eis.

Ad cuius evidentiam queritur an ex fide sit certum⁶⁸⁵ et an teneri debeat⁶⁸⁶ sicut certum quod nullus angelus vel homo purus, etiam Christi mater, sciat istam horam vel

⁶⁷¹ B/ *Filiis*

⁶⁷² Cl. Latin *imaginem*

⁶⁷³ A/B/ *magis*

⁶⁷⁴ D/E/ *ac*; F/ *et*

⁶⁷⁵ D/E/ add *persona*

⁶⁷⁶ A/ *apparet hoc*

⁶⁷⁷ A/ *illa*

⁶⁷⁸ A/ *sevare*

⁶⁷⁹ A/ *habent*; F/ *habebat*

⁶⁸⁰ A/B/ *simpliciter hoc*

⁶⁸¹ F/ *ignorarent*

⁶⁸² D/ corrects *poterat dici* to *poterit dici*

⁶⁸³ D/ *quod*

⁶⁸⁴ D/E/ add *non*; F omits *hoc*

⁶⁸⁵ A/ *certa*

⁶⁸⁶ A/ *debeant*

diem? Et videtur quod non tum ex hoc quod hic dicitur tum ex hoc quod Christus infra omnes hortatur dicens, *vigilate ergo quia nescitis*⁶⁸⁷ *qua hora Dominus vester venturus sit*⁶⁸⁸ et hoc⁶⁸⁹ pluries dicit⁶⁹⁰ et iterum infra dicitur,⁶⁹¹ *media*⁶⁹² *nocte*, id est secundum Augustinum, nullo sciente⁶⁹³ aut sperante *clamor factus est ecce sponsus venit*.⁶⁹⁴ Item Actuum primo dixit Apostolis,⁶⁹⁵ *non est vestrum*⁶⁹⁶ *nosse*⁶⁹⁷ *tempora vel momenta*.⁶⁹⁸ Constat autem quod si aliquibus fuit hoc revelandum, precipue debuit⁶⁹⁹ revelari Apostolis per quos fides et ecclesia erat fundanda et docenda. Item prima ad Thessalonicenses quinto, dicit Apostolus quod non indigent ut scribat eis *de temporibus vel momentis* quia ipsi⁷⁰⁰ sciunt *quod dies Domini veniet* (136^{va}) ita absconsus⁷⁰¹ sicut *fur* quando

⁶⁸⁷ E/ *nescis*

⁶⁸⁸ A/ omits *qua hora Dominus vester venturus sit*, adds *et cetera*;
F/ adds *diem necque horam*;

Matt 24:42.

⁶⁸⁹ A/ omits *hoc*

⁶⁹⁰ D/ *dixit*

⁶⁹¹ F/ *dicitur infra*

⁶⁹² F/ adds *autem*

⁶⁹³ B/ *sentiente*

⁶⁹⁴ Matt 25:6; *nullo sciente...venit*, Augustinus, *De diversis quest. octoginta tribus*, CCSL 44A.59.80.

⁶⁹⁵ F/ *Apostolus*

⁶⁹⁶ F/ *nostrum*

⁶⁹⁷ A/F/ *nosce*

⁶⁹⁸ D/ adds *que Pater* et cetera; Acts 1:7.

⁶⁹⁹ D/E/ add *hoc*

⁷⁰⁰ A/B/ omit *bene*

⁷⁰¹ D/E/ *ita absconsus veniet*; F/ omits *veniet*

venit in nocte ad⁷⁰² furandum.⁷⁰³ Dicendum quod⁷⁰⁴ ex scripturis habetur quod hoc communiter est et erit ignotum usque⁷⁰⁵ fiat, non⁷⁰⁶ tamen ex eis possumus certitudinaliter arguere quod nullus hoc sciat aut scire debeat. Quod enim⁷⁰⁷ inconueniens si Deus hoc revelaverit⁷⁰⁸ alicui angelorum aut beatorum,⁷⁰⁹ saltem sue matri.⁷¹⁰

Aliud est⁷¹¹ enim de nobis aliud de beatis qui in nullo a Dei voluntate deviare possunt. Et aliud est de communitate hominum aliud de singularibus sanctis, qui sunt unus⁷¹² spiritus cum Deo. Communitati enim hominum hoc debet abscondi sicut et dies mortis eorum. Primo, ut semper timeant; secundo, ut semper se preparent⁷¹³ ad illum diem tanquam ad imminensem; tertio, ut tam in hoc quam in plerisque⁷¹⁴ aliis sciant se⁷¹⁵ ignorantes quod⁷¹⁶ est utile ad superbiam comprimendam; quarto, ut archanum divinorum iudiciorum magis

⁷⁰² A/B/ add *aliquid*

⁷⁰³ Cf. I Thess 5:1-4.

⁷⁰⁴ D/ repeats *quod*

⁷⁰⁵ A/B/ add *quo*; F/ *usquoque*

⁷⁰⁶ D/E/ *nec*

⁷⁰⁷ A/ *quia*; adds *esset*; D/F/ *quid*;

⁷⁰⁸ D/E/ *revelaverit hoc*; F/ omits *revelaverit*

⁷⁰⁹ A/ adds *et non*

⁷¹⁰ A/ *matri sue*

⁷¹¹ D/E/ omits *est*

⁷¹² A/ *unum*

⁷¹³ A/ *preparent se*

⁷¹⁴ F/ adds *locis* but crosses it out

⁷¹⁵ A/ *sciunt*; B/ *sciat*; F/ *se sentiant*

⁷¹⁶ F/ *quia*

revereantur;⁷¹⁷ quinto, quia non decet Dei secreta⁷¹⁸ indignis et indispositis⁷¹⁹ revelari, propter quod etiam plura alia absconduntur aliquibus aliis⁷²⁰ idoneis,⁷²¹ quia forte nescirent hoc celare⁷²² indignis aut non plene idoneis; sexto, ad non impediendum opera et tempora prescita vel preordinata a Deo. Multa enim eveniunt⁷²³ et ventura sunt, quorum adventum homines et demones impedirent si ea prescirent; septimo, ad excecandum⁷²⁴ reprobos talium temporum,⁷²⁵ et ad hoc ut⁷²⁶ iudicium super eos veniat subito et ex improviso; octo, ut in tribulationibus talium temporum fides et spes et humilitas ac⁷²⁷ patientia et longanimitas sanctorum fortius exerceatur et probetur,⁷²⁸ et ut tunc addiscant Deum etiam in⁷²⁹ sibi incertis⁷³⁰ immobiliter⁷³¹ et inerrabiliter sequi et non sue providentie, sed soli divine inniti.⁷³² Ex occultatione enim⁷³³ hore divini

⁷¹⁷ A/ *revereatur*

⁷¹⁸ D/E/ *secreta Dei*

⁷¹⁹ E/F/ *indisponitus*

⁷²⁰ A/D/E/ *alias*

⁷²¹ Cl. Latin *idoneis*

⁷²² F/ *scelare* but crosses out the s

⁷²³ A/ *evenient*

⁷²⁴ D/E/ omits *excecandum*

⁷²⁵ D/E/ add *excecandum*

⁷²⁶ A/ omits *ad; ut hoc*

⁷²⁷ F/ *et*

⁷²⁸ B/ omits *et probetur*

⁷²⁹ A/ omits *in*

⁷³⁰ F/ *certis*

⁷³¹ A/ *immortaliter*

⁷³² MS B omits the following until *Ad primum* (MS A 136^{vb} line 5); Cf. note 752.

iudicii in qua mali sunt exterminandi et boni liberandi vehementer angustiantur electi, et ideo in hoc⁷³⁴ fortissime fides probatur⁷³⁵ et patientia eorum,⁷³⁶ et potissime quia gloria malorum ex hoc apparet stabilior⁷³⁷ et quasi eterna quod est⁷³⁸ durissima temptatio electis et⁷³⁹ etiam reprobis audacius derident et persequuntur electos; nono, ut lumina divine sapientie ordinate distribuuntur et revelentur. Quia enim homo secundum statum vite potest absentia scire in universali non autem in particulari saltem ad plenum, nisi sicut presentia. Idcirco⁷⁴⁰ decet futura prius in universali aperte predici antequam in particulari.⁷⁴¹ Decet etiam⁷⁴² proprias et particulares circumstantias temporum et statuum particularius revelari presentibus illius status quam⁷⁴³ preteritis. Ut⁷⁴⁴ iuxta illud Danielis decimo uno, liber sit clausus et signatus *usque ad tempus statutum ut*⁷⁴⁵ *pertranseant plurimi et multiplex sit scientia* et⁷⁴⁶ una

⁷³³ A/ omits *enim*

⁷³⁴ A/ omits *in hoc*

⁷³⁵ A/ omits *probatur*; F/ *probatur fides*

⁷³⁶ A/ adds *probatur*

⁷³⁷ A/ *stabilita*

⁷³⁸ A/ *que*; omits *est*

⁷³⁹ F/ *ex hoc*

⁷⁴⁰ A/ *iccirco*

⁷⁴¹ D/ omits *saltem ad plenum nisi sicut presentia. Idcirco decet futura prius in universali aperte predici antequam in particulari.*

⁷⁴² D/ *enim*

⁷⁴³ A/ adds *pre*

⁷⁴⁴ A/ *et*

⁷⁴⁵ A/ *et*

⁷⁴⁶ F/ omits *et*

scilicet in primo tempore et alia in postremo.⁷⁴⁷ Decet etiam quod⁷⁴⁸ solemnum ac futurorum operum Dei notitia⁷⁴⁹ cum primo merito et cum triumphali prelio⁷⁵⁰ optineantur a sanctis; decimo, ut revelatio (136^{vb}) veritatis divinique⁷⁵¹ iudicii iocundior et mirabilior sit electis et fortius immutativa ipsorum in altium. Quod utique contingit quando post summam obscuritatem repente instar fulguris, ac subiti tonitruui inclarescit.⁷⁵²

Ad primum⁷⁵³ quod⁷⁵⁴ ex hoc loco trahitur patet ex iam dictis quia⁷⁵⁵ ita possunt dici angeli nescire, sicut et Filius dicitur nescire. Ad secundum, dicendum quod⁷⁵⁶ illa Christi verba non habent locum⁷⁵⁷ nisi respectu communitatis hominum, quibus talis occultatio expedit. Ad tertium, dicendum quod mirabile esset si saltem ante⁷⁵⁸ per modicum momentum non posset Deus⁷⁵⁹ congrue revelare horam illam.⁷⁶⁰ Ergo respectu communitatis dicitur, venturus *media*⁷⁶¹ *nocte*.⁷⁶² Unde et Apostolus in verbis

⁷⁴⁷ Dan 12:4.

⁷⁴⁸ F/ adds *notitia*

⁷⁴⁹ F/ omits *notitia*

⁷⁵⁰ D/E/ *primo*

⁷⁵¹ A/ *Dei ve que*

⁷⁵² MS B hic incipit sequi *Ad primum...*; Cf. note 732.

⁷⁵³ A/B/ add *autem*

⁷⁵⁴ B/ *quia*

⁷⁵⁵ A/ *quod*

⁷⁵⁶ B/ *quia*

⁷⁵⁷ A/D/ *habentur*; A omits *locum*

⁷⁵⁸ A/ *aut*

⁷⁵⁹ D/E/ *Deo*

⁷⁶⁰ D/ *illam horam*

⁷⁶¹ D/E/ *mundi*; add *a*

epistule ad Thessalonicenses distinguit inter bonos et malos,⁷⁶³ nam pro bonis subdit, *vos autem fratres non estis in tenebris ut vos dies illa tanquam fur comprehendat omnes enim vos filii lucis estis et filii Dei,*⁷⁶⁴ *non sumus noctis neque tenebrarum.*⁷⁶⁵ Ad quartum, dicendum quod Christus⁷⁶⁶ loquitur ibi Apostolis ut adhuc carnalibus sicut et quando ait, *multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.*⁷⁶⁷ Et quando duobus ex eis ait, *sedere autem ad dexteram*⁷⁶⁸ *vel*⁷⁶⁹ *sinistram non est meum dare vobis.*⁷⁷⁰ Et⁷⁷¹ hoc Christus satis ibidem⁷⁷² innuit quando subdit, *sed accipietis virtutem supervenientis*⁷⁷³ *Spiritus Sancti*⁷⁷⁴ *et eritis mihi*⁷⁷⁵ *testes* et cetera.⁷⁷⁶ Non⁷⁷⁷ igitur videtur quod ex illo verbo Actuum possit ita certitudinaliter hoc argui, sicut aliquando Augustino⁷⁷⁸ est visum.

⁷⁶² Matt 25:6.

⁷⁶³ B/F/ *malos et bonos*; D corrects *mala* to *malos*

⁷⁶⁴ E/ *diei*

⁷⁶⁵ I Thess 5:4-5.

⁷⁶⁶ F/ *spiritus*

⁷⁶⁷ John 16:12.

⁷⁶⁸ A/ *dextram*

⁷⁶⁹ A/ adds *ad*

⁷⁷⁰ Mark 10:40.

⁷⁷¹ B/ adds *ex*

⁷⁷² F/ *ibidem satis*

⁷⁷³ B/F/ omits *supervenientis*

⁷⁷⁴ A/ adds *in vos*

⁷⁷⁵ F/ adds *in*

⁷⁷⁶ Acts 1:8.

⁷⁷⁷ B/ *modo*

⁷⁷⁸ A/ *angelo*; B/ omits *Augustino*

Sed queritur quomodo⁷⁷⁹ prout hic⁷⁸⁰ referuntur ad tempus finalis iudicii possit verificari quod tunc *surgent pseudochristi*,⁷⁸¹ et quod tunc aliqua tribulatio maxima sanctorum⁷⁸² immediate precedat tempus iudicii. Ad hoc a quibusdam sapientibus non indocte dicitur quod alius est⁷⁸³ antichristus, qui precedit⁷⁸⁴ generalem conversionem Iudeorum, qui etiam⁷⁸⁵ dicet se messiam in lege promissum⁷⁸⁶ a quodam tyranno, qui post generalem conversionem⁷⁸⁷ Iudeorum circa tempus iudicii est venturus. Quod satis aperte videtur innuere⁷⁸⁸ Ezechielis⁷⁸⁹ triginta octo, ubi promissa in precedenti capitulo, universali conversione et reparatione duodecimum tribuum.⁷⁹⁰ Predicitur Gog super populum Isrealis venturus⁷⁹¹ cum innumerabili⁷⁹² agmine gentium. Unde ibi dicitur, *in novissimo*⁷⁹³ *annorum venies ad terram que reversa est a gladio et conversa est a populis multis ad montes Isrealis*

⁷⁷⁹ F/ omits *quomodo*

⁷⁸⁰ D/E/ *hoc*

⁷⁸¹ A/ *pseudoprophete*; Matt 24:24.

⁷⁸² D/E/ *sanctorum maxima*

⁷⁸³ A/B/ omit *alius est*

⁷⁸⁴ A/ *precedet*

⁷⁸⁵ F/ *et*

⁷⁸⁶ A/B/ add *est alius*

⁷⁸⁷ A/ *conversionem generalem*

⁷⁸⁸ A/B/ *innui*

⁷⁸⁹ A/ *Mathei*

⁷⁹⁰ Cf. Ezech 36:21 *ff.*

⁷⁹¹ A/ *venturum*

⁷⁹² A/ *universali*; F/ *universabili*

⁷⁹³ A/ *novissimorum*

qui fuerunt deserti iugiter et cetera.⁷⁹⁴ Et infra eodem dicitur,⁷⁹⁵ *nunquid non in die illo cum habitaverit populus meus Isrealis confidenter. Scies et venies*⁷⁹⁶ *de loco tuo a lateribus*⁷⁹⁷ *aquilonis,*⁷⁹⁸ et, post *in novissimis diebus*⁷⁹⁹ *eris, et adducam te super terram meam,* et cetera.⁸⁰⁰

Iohannes autem⁸⁰¹ Apocalypsis viginto postquam locutus est de destructione Babilonis seu mulieris⁸⁰² que secundum eum est, *civitas magna que habet regnum super reges terre.*⁸⁰³ Et postquam subiecit de damnatione bestie et pseudoprophete, qui fecit signa coram ipsam et de incarcerationone draconis usque ad tempus, subdit ipsum draconem post hoc exiturum et⁸⁰⁴ seducturum gentes, scilicet Gog et Magog, et (137^{ra}) circuibunt⁸⁰⁵ castra sanctorum et civitatem dilectam. Et statim post hec introducit⁸⁰⁶ extremum⁸⁰⁷ et ultimum iudicium et resurrectionem omnium mortuorum.⁸⁰⁸ Dicuntque predicti

⁷⁹⁴ Ezech 38:8.

⁷⁹⁵ A/ omits *dicitur*

⁷⁹⁶ A/ *veniet*

⁷⁹⁷ A/ *de latere aquilonis*; omits *loco tuo a lateribus*

⁷⁹⁸ D/E/ add *de loco tuo a lateribus aquilonis*

⁷⁹⁹ A/ omits *diebus*

⁸⁰⁰ Ezech 38: 14-15, 16.

⁸⁰¹ A/ *etiam*

⁸⁰² F/ removes *mulieris* from text, then adds it again in left margin.

⁸⁰³ F/ omits *terre*; Apoc 17:18.

⁸⁰⁴ D/ *ad*

⁸⁰⁵ B/F/ *circuierunt*

⁸⁰⁶ F/ *introduxit*

⁸⁰⁷ D/E/ *exterminium*

⁸⁰⁸ Cf. Apoc 19:20-21; Cf. Apoc 20:1-15.

quod sicut se habet corporalis mors⁸⁰⁹ sanctorum ad mortem affectualem per quam moritur homo⁸¹⁰ mundanis⁸¹¹ affectibus et occupationibus et intrat in excessum contemplationis sic⁸¹² se habet tyrannus designatus in Gog⁸¹³ ad primum, qui dicet se messiam Iudeorum.

In tempore enim primi introducetur prima mors⁸¹⁴ et⁸¹⁵ in tempore secundi consummabitur mors omnium corporum et post fiet resurrectio. Hoc autem consonat verbo⁸¹⁶ Christi, Luce octo decimo dicentis, *Filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra*,⁸¹⁷ ubi aperte innuit quod vix.⁸¹⁸ Et⁸¹⁹ tam hic quam Luce decimo septimo⁸²⁰ aperte dicit Christus quod, sicut *in diebus Noe* vacabant gentes carnalibus⁸²¹ et *in diebus Loth* Sodomite, sic erit quando *Filius hominis*⁸²² *revelabitur*.⁸²³ Constat autem quod post antichristum omnis⁸²⁴ Isrealis convertetur, ergo

⁸⁰⁹ A/B/ *mors corporalis*

⁸¹⁰ B/ adds *meum*

⁸¹¹ A/ *mundanie*

⁸¹² F/ adds *ergo*

⁸¹³ B/ adds *et*

⁸¹⁴ A/ *mortis*

⁸¹⁵ D/E/ omit *et*

⁸¹⁶ D/F/ *verbis*

⁸¹⁷ Luke 18:8.

⁸¹⁸ A/ omits *vix*

⁸¹⁹ A/ *etiam*

⁸²⁰ A/ *octo*

⁸²¹ E/ *carnalitatibus*

⁸²² A/ omits *hominis*

⁸²³ Luke 17:26, 28, 30.

⁸²⁴ D/E/ *totus*

antequam Christus post eorum conversionem⁸²⁵ veniat ad iudicium erit iterum mundus reductus ad maximas cupiditates et lascivias et ad magnam cecitatem et incuriam divinorum, quod in brevissimo tempore, secundum communem cursum fieri non potest.

*Sicut autem*⁸²⁶ *in diebus Noe*,⁸²⁷ ostensa igitur iudicaria equitate⁸²⁸ sub modo predictivo, hic ostendit eam sub modo parabolico seu similitudinario, et primo ostenditur quomodo iudicium erit occultum seu inopinatum; secundo, quomodo erit iustum et equum ibi, *sicut enim homo peregre proficiscens*.⁸²⁹ Item in prima, ostenditur⁸³⁰ esse occultum quadrupliciter. Primo scilicet, ratione carnalitatis seu carnalium voluptatum que⁸³¹ principaliter sunt in gula et concubitu⁸³² et infigunt⁸³³ cor solis⁸³⁴ sensibilibus huius vite; secundo, ratione uniformitatis statuum et societatum occultantis distinctionem electorum et reproborum ibi, *tunc duo erunt in agro*;⁸³⁵ tertio, ratione morositatis seu tardationis ipsius iudicii ibi, *illud autem scitote*;⁸³⁶ quarto, ratione

⁸²⁵ A/ *conversionis*

⁸²⁶ B/ adds *fuit*

⁸²⁷ Matt 24:37.

⁸²⁸ F/ omits *equitatem* from text, but adds it in the right margin.

⁸²⁹ Matt 25:14; Mark 13:34.

⁸³⁰ F/ *ponitur*; omits following passage *esse occultum...Item in...*;

Cf. note 842.

⁸³¹ A/ *qui*

⁸³² D/E/ *in cubitu*

⁸³³ D/E/ *infigunt*

⁸³⁴ A/F/ *solum*

⁸³⁵ Matt 24:40.

⁸³⁶ Matt 24:43.

ypocriticalis⁸³⁷ simulationis⁸³⁸ et presumptionis ibi, *tunc simile est*⁸³⁹ *regnum celorum*.⁸⁴⁰ In hac tamen tangitur non solum quartam⁸⁴¹ ratio, sed etiam tertiam et secundam.⁸⁴² Item in secunda⁸⁴³ principali,⁸⁴⁴ primo ostenditur⁸⁴⁵ quod erit equum ex obligatione ad fructum seu lucrum reddendum de donis a Deo acceptis; secundo, ex obligatione ad miserendum indigentibus de bonis habitis ibi, *cum autem*⁸⁴⁶ *venerit Filius hominis in*⁸⁴⁷ *maiestate sua*.⁸⁴⁸

In hac ergo⁸⁴⁹ totali parte secundum prefatas⁸⁵⁰ sex partes sunt sex similitudines, quarum prima videtur respicere communitatem mundanorum, secunda communitatem statuum sanctorum,⁸⁵¹ tertia statum⁸⁵² prelatorum, quarta statum⁸⁵³ continentium viventium⁸⁵⁴ sub

⁸³⁷ Cl. Latin *hypocriticalis*

⁸³⁸ A/ *similationis*

⁸³⁹ A/ *erit*

⁸⁴⁰ B/ adds *erit*; Matt 25:1.

⁸⁴¹ B/ *quarta*

⁸⁴² B/ *tertia et secunda*; MS F hic incipit sequi *Item in...*; Cf. note

830.

⁸⁴³ E/ *secundum*

⁸⁴⁴ F/ omits *secunda principali*

⁸⁴⁵ F/ *prima ponitur*

⁸⁴⁶ A/ omits *autem*

⁸⁴⁷ F/ adds *sede*

⁸⁴⁸ Matt 25:31.

⁸⁴⁹ D/E/ *autem*

⁸⁵⁰ D/E/ omit *prefatas*

⁸⁵¹ F/ *sanctorum statuum*

⁸⁵² A/ *statuum*

⁸⁵³ A/ *statuum*

quadam distinctione sensuum, quinta singulare⁸⁵⁵ intelligentie et prudentie donum, sexta sufficientiam bonorum temporalium. Seu quinta facultatem internarum gratiarum sexta⁸⁵⁶ facultatem temporalium. In qualibet⁸⁵⁷ autem istarum⁸⁵⁸ sex⁸⁵⁹ tanguntur distincte boni et mali, seu premuniandi et condemnandi.(137^{rb})

Pro primo ergo⁸⁶⁰ dicit, *sicut*⁸⁶¹ *autem in diebus Noe*, scilicet ex insperato venit diluvium, *ita erit*⁸⁶² *adventus Filii hominis*, scilicet occultus.⁸⁶³ Nota autem quod non solum hora⁸⁶⁴ adventus eius ad ultimum iudicium erit occulta sed etiam⁸⁶⁵ hora adventus eius ad quodcumque generale iudicium⁸⁶⁶ illi ultimo⁸⁶⁷ correspondens unde et Christus sub uno reliqua comprehendit sicut tactum est supra. Qualiter autem hoc sit exponit⁸⁶⁸ subdens, *sicut enim erant*⁸⁶⁹ *in diebus ante diluvium comedentes*, et

⁸⁵⁴ A/ adds *que*

⁸⁵⁵ A/B/ *singularis*

⁸⁵⁶ F/ *septimum*

⁸⁵⁷ D/ adds *et*

⁸⁵⁸ F/ omits *istarum*

⁸⁵⁹ D/ *sexum*

⁸⁶⁰ F/ *autem*

⁸⁶¹ F/ *nunc*

⁸⁶² A/ omits *erit*; A/F add *et*

⁸⁶³ A/ *occulto*; Matt 24:37.

⁸⁶⁴ A/ omits *hora*

⁸⁶⁵ F/ *et*

⁸⁶⁶ A/ omits *erit occulta sed etiam hora adventus eius ad quodcumque generale iudicium*; F/ *iudicium generale*

⁸⁶⁷ A/ adds *erit*

⁸⁶⁸ D/E/ *ostendit*

⁸⁶⁹ F/ *erunt*

cetera.⁸⁷⁰ Nota quod omnia commercia carnalia per hoc designat, nam primum respicit gulam, secundum luxuriam. Primum etiam respicit curam sui corporis seu persone,⁸⁷¹ secundum⁸⁷² curam⁸⁷³ prolis et humane specie multiplicande. Nota etiam quod per Noe et familiam eius intelliguntur electi finalium temporum per⁸⁷⁴ reliquos vero⁸⁷⁵ reprobis eorundem temporum.⁸⁷⁶ Nota etiam quod⁸⁷⁷ pro⁸⁷⁸ questione premissa quod licet reprobis nesciverint horam adventus⁸⁷⁹ diluvii, Noe tamen prescivit. Unde Genesis septimo⁸⁸⁰ dicitur ei, *ingredere tu et omnes filii tui in archam [...] adhuc enim et post dies septem*⁸⁸¹ *ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus,*⁸⁸² supra etiam sexto fuit sibi⁸⁸³ dictum, *eruntque*⁸⁸⁴ *dies eius*, scilicet hominis seu humane generationis *centum viginti annorum.*⁸⁸⁵ Sic etiam Loth et

⁸⁷⁰ Matt 24:38.

⁸⁷¹ B/F/ omit *primum etiam respicit curam sui corporis seu persone*

⁸⁷² B/F/ *tertium*

⁸⁷³ A/ adds *sue*

⁸⁷⁴ D/ *pro*

⁸⁷⁵ B/ *autem*

⁸⁷⁶ A/ omits *per reliquos vero reprobis eorundem temporum*

⁸⁷⁷ B/F/ omit *quod*

⁸⁷⁸ D/E/ omit *pro*

⁸⁷⁹ B/ repeats *adventus*

⁸⁸⁰ F/ *septem*

⁸⁸¹ A/ omits *septem*

⁸⁸² Gen 7:1, 4.

⁸⁸³ A/ omits *sibi*

⁸⁸⁴ B/ *eritque*

⁸⁸⁵ Gen 6:3.

Abrahe fuit predicta hora subversionis Sodomorum et tamen Luce decimo septimo assimilatur occultatio illius hore occultationi diei iudicii.⁸⁸⁶ Nota etiam quod illa que ibi refert⁸⁸⁷ Lucas fuerunt in alio tempore dicta a Christo et occasione questionis facte a Phariseis.

Pro secundo dicit, *tunc duo erunt in agro*.⁸⁸⁸ Quamvis⁸⁸⁹ ista forte secundum litteram tunc impleantur nihilominus secundum Remigium hiis verbis tres ordines Ecclesie demonstrantur. Nam per duos in agro ordo predicatorum quibus commissus est ager Ecclesie;⁸⁹⁰ per duos in mola ordo coniugatorum, qui dum per divisas curas temporalium rotantur, quasi molam in circuitu⁸⁹¹ trahunt: per duos in lecto ordo continentium, seu contemplativorum, quorum requies nomine lecti⁸⁹² designatur. Quia vero in hiis ordinibus sunt commixti boni et mali, ideo ex eis quidam reliquuntur⁸⁹³ et quidam assumuntur.⁸⁹⁴ Quomodo⁸⁹⁵ autem assumantur⁸⁹⁶ dicitur Luce decimo septimo, querentibus discipulis, *ubi Domine* scilicet⁸⁹⁷

⁸⁸⁶ Cf. Luke 17:28-30.

⁸⁸⁷ B/ *refert ibi*

⁸⁸⁸ Matt 24:40.

⁸⁸⁹ B/ *quem*

⁸⁹⁰ A/ *adds demonstratur*

⁸⁹¹ D/E/ *circuitum*

⁸⁹² B/ *electi*; D/ *crosses out electi* and adds it again

⁸⁹³ D/E/ *assumuntur*

⁸⁹⁴ D/E/ *reliquuntur*; *hiis verbis...divisas curas; quasi molam...continentium; quorum...designatur; in hiis ordinibus...assumuntur*; Remigius, CA 24.11.419a-419b.

⁸⁹⁵ F/ *quo*

⁸⁹⁶ A/ *consumentur*; B/ *assumentur*

⁸⁹⁷ A/ *omits scilicet*

assumentur? Quibus Christus dixit,⁸⁹⁸ ***Ubi cumque fuerit corpus⁸⁹⁹ congregabuntur et aquile.***⁹⁰⁰ Vel per duos in lecto potest designari status coniugalis. Per duos molentes, duplex vita scilicet activa et contemplativa. Quarum est macerare⁹⁰¹ carnalem sensum et affectum, aut terere verbum Dei per meditationem et⁹⁰² operationem, ut fiat inde farina et panis, per duos vero in agro cultores ecclesie sicut prius. Ex hiis igitur⁹⁰³ concludit Christus, ***vigilate ergo quia nescitis*** et cetera.⁹⁰⁴ Per vigilare⁹⁰⁵ autem intelligit per vigilem timorem divinorum iudiciorum et circumspectam attentionem ad bonam vitam et operationem secundum quod dicit Apostolus una Thessalonicenses quinto, ***igitur non dormiamus sicut et ceteri sed vigilemus et sobrii simus, qui enim dormiunt nocte dormiunt*** et cetera.⁹⁰⁶

Sed quomodo hic innuitur quod hominibus (137^{va}) in carnali pace occupatis veniet iudicium cum supra dictum sit quod ***statim post tribulationem dierum illorum*** veniet.⁹⁰⁷ Preterea si tunc erit tanta pax quomodo est verum quod communiter dicitur scilicet quod horrenda commotio maris

⁸⁹⁸ A/ ***dixit Christus***

⁸⁹⁹ A/ adds ***illuc***; B/ adds ***illic***; F/ adds ***ibi***

⁹⁰⁰ Luke 17:36-37.

⁹⁰¹ D/ ***incarcerare***

⁹⁰² A/B/ add ***per***

⁹⁰³ F/ ***ergo***

⁹⁰⁴ Matt 24:42.

⁹⁰⁵ A/ ***pro vigilate***

⁹⁰⁶ D/E omit ***et cetera***; I Thess 5:6-7.

⁹⁰⁷ A/ adds ***et cetera***; Matt 24:29.

et elementorum⁹⁰⁸ et pressura gentium precedet⁹⁰⁹ diem iudicii? Ad hoc⁹¹⁰ dicit Ieronimus quod estimandum est quod post pugnas et cetera, quibus vastatur genus humanum brevis pax sit subsecutura que quieta omnia repromittat ut fides credentium comprobetur.⁹¹¹ Chrysostomus vero dicit quod pax erit⁹¹² carnalibus tribulatio vero iustis.⁹¹³ Et quia illa pax⁹¹⁴ non est vera sed fantastica, ideo Apostolus prima Thessalonicenses quinto non dixit cum fuerit pax, sed ***cum dixerint pax et securitas tunc repentinus superveniet⁹¹⁵ interitus,***⁹¹⁶ et patet quod ibi loquitur de pace malorum. Puto tamen quod⁹¹⁷ utrumque aliquo modo verificabitur. Ante⁹¹⁸ enim per aliqua tempora preibunt commotiones gentium et regnorum et forte aliqua terribilia signa. Et tandem tyrannus unus post⁹¹⁹ multas mortes⁹²⁰ et prelia⁹²¹ optinebit monarchiam et

⁹⁰⁸ F/ *electorum*

⁹⁰⁹ E/ *precedent*

⁹¹⁰ A/ *quod*

⁹¹¹ F/ adds *que quieta omnia repromittat; estimandum quod...credentium comprobetur*, Hieronymus, *Comm. in Matt.* CCSL 77.4.233.629-633.

⁹¹² F/ *erit pax*

⁹¹³ A/ *tristis*; Chrysostomus, *non inveni.*

⁹¹⁴ D/E/ adds *et securitas*

⁹¹⁵ B/ ***veniet***

⁹¹⁶ I Thess 5:3.

⁹¹⁷ B/ *quid*

⁹¹⁸ A/ *aut*

⁹¹⁹ B/F/ *per*

⁹²⁰ F/ corrects *tribulationes* in favor of *mortes*

⁹²¹ D/ omits *et prelia*

tunc tribulabit electos eritque maxima pax⁹²² rebrobis, et post hoc iudicium. Quo facto secundum Augustinum viginti uno *De civitate Dei* capitulo ultimo in fine, sequitur mundi conflagratio et renovatio.⁹²³ Unde illa summa turbatio elementorum⁹²⁴ non erit ante⁹²⁵ iudicium sed post alias quomodo esset verum illud Apostoli primam Thessalonicenses quarto, *deinde nos qui vivimus simul rapiemur*⁹²⁶ *obviam Christo* et cetera.⁹²⁷

Pro tertio dicit, *illud autem scitote*.⁹²⁸ Ponitur autem hic duplex similitudo pro prelati scilicet patrisfamilias et dispensatoris bonorum alicuius Domini,⁹²⁹ quia prelati pietate debet esse pater et cura sollicitudinis⁹³⁰ secundum fidelitate⁹³¹ ac humilitate subiectionis ad Deum, debet se sentire servum et dispensatorem, non dominum aut dissipatorem. Primum autem exemplum satis patet preter⁹³² hoc quod potius videtur ex eo posse inferri⁹³³ quod expediret horam scire ad hoc ut homo attentius vigilaret. Dicit enim Christus quod, *si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret utique*.⁹³⁴ Ad quod dicendum quod

⁹²² A/ *pars*

⁹²³ Augustinus, *non inveni*.

⁹²⁴ D/F/ *electorum*

⁹²⁵ A/ omits *ante*

⁹²⁶ A/ *rapiemur similis*; B/ omits *simul*; D/E/ add *cum illis*

⁹²⁷ I Thess 4:17.

⁹²⁸ Matt 24:43.

⁹²⁹ A/ *Deo*

⁹³⁰ B/ *sollemni*; F/ *sollemnis*

⁹³¹ A/F/ omits *secundum fidelitate*

⁹³² A/ *per*

⁹³³ A/F/ *inferri posse*

⁹³⁴ Luke 12:39.

Christus supponit quod ex quo ille vigilaret si sciret qua hora fur venturus esset, multo magis vigilare⁹³⁵ deberet⁹³⁶ si sciret esse venturum eum,⁹³⁷ sed⁹³⁸ nesciret horam, et ideo ex hoc subintellecto infert, *ideoque et vos estote parati* et cetera.⁹³⁹ Ubi⁹⁴⁰ etiam ostendit quid⁹⁴¹ indendit per vigilare, scilicet per bona opera et merita esse paratum ad recipiendum Christum et ad effugiendum damnationis iudicium.

Sed cum nullus illorum temporum deberet⁹⁴² vivus inveniri circa horam iudicii quomodo loquitur ad eos ac si hoc deberet⁹⁴³ esse in⁹⁴⁴ tempore eorum. Ad hoc est triplex responsio, prima est secundum Augustinum *Ad Esicum*⁹⁴⁵ dicentem quod in persona illorum loquitur omnibus, quia ad omnes quodammodo pertinet dies ille.⁹⁴⁶ Tunc enim unicumque veniet dies ille,⁹⁴⁷ cum venerit dies mortis eius ut talis hinc exeat qualis iudicandus est⁹⁴⁸ illo die. Ille enim

⁹³⁵ F/ *vigilaret*

⁹³⁶ F/ omits *deberet*

⁹³⁷ A/ *sciret venturum esse*; F/ *sciret eum venturum*

⁹³⁸ A/ *si*

⁹³⁹ Matt 24:44.

⁹⁴⁰ A/ *nisi*

⁹⁴¹ F/ *quod*

⁹⁴² F/ *debet*

⁹⁴³ A/ omits *vivus inveniri circa horam iudicii quo modo loquitur ad eos ac si hoc deberet*

⁹⁴⁴ F/ omits *in*

⁹⁴⁵ Cl. Latin *Hesychium*

⁹⁴⁶ A/ *illa*

⁹⁴⁷ B/ omits *tunc enim unicumque veniet dies ille*

⁹⁴⁸ D/E/ *est iudicandus*

dies illum inveniet imparatum quem (137^{vb}) imparatum⁹⁴⁹ invenerit huius sue vite ultimus dies.⁹⁵⁰ Unde Marci tertio decimo dicitur, ***quod autem vobis dico omnibus dico vigilate.***⁹⁵¹ Secunda est quia⁹⁵² mos est scripture loqui uni aut de uno in persona alterius unde Apostolus pro⁹⁵³ hiis sanctis, qui circa iudicium debebant inveniri⁹⁵⁴ vivi, dicit quod,⁹⁵⁵ ***nos qui vivimus qui residui sumus in adventu Domini non preveniemus eos qui dormierunt,***⁹⁵⁶ cum tamen ipse non deberet tunc vivus hic inveniri.⁹⁵⁷ Tertia est quia⁹⁵⁸ tempore Christi instabat dies cuiusdam magni iudicii typum gerentis ultimi iudicii et illud in se continentis. Illud autem erat excecatio et reprobatio Iudeorum et sumblimatio⁹⁵⁹ fidelium.

Nota autem quod quilibet potest dici paterfamilias respectu suorum cogitatum ac sensuum et affectuum, et ideo omnes possunt per hoc nomen designari. Qualiter autem⁹⁶⁰ erit paratus et quod est premium eius ostendit

⁹⁴⁹ F/ omits *quem imparatum* from text but adds it in the right margin.

⁹⁵⁰ *quia...pertinet; tunc enim...ultimus dies*; Augustinus, CA 24.12.420a.

⁹⁵¹ Mark 13:37.

⁹⁵² A/ *quod*

⁹⁵³ D/E/ *de*

⁹⁵⁴ D/E/ *inveniri debeant*

⁹⁵⁵ E/F/ *quia*

⁹⁵⁶ I Thess 4:15.

⁹⁵⁷ D/E/ *inveniri hic*

⁹⁵⁸ D/ *quod*

⁹⁵⁹ B/ *tribulatio*

⁹⁶⁰ A/ omits *autem*

subdens, *quis putas est fidelis servus* et cetera.⁹⁶¹
 Dicendo, *quis putas*, ostendit raro et de difficili⁹⁶² talem
 inveniri. Ponit autem tria⁹⁶³ que sunt necessaria ad debitum
 regimen familie Dei, scilicet fidelitas in affectu, prudentia
 seu discretio in intellectu, auctoritas presidentie in statu.
 Ultimum autem non debet dari nisi habenti duo priora et
 primum principalius debet attendi quam secundum. Et ideo
 optime ordinavit ea Christus *ut det illis cibum*,⁹⁶⁴ id est
 doctrinam aut quocumque aliud⁹⁶⁵ quod eis ministrare debet
 et expedit. Det⁹⁶⁶ inquam in tempore, per tempus intelligit
 proportionem et commensurationem omnium
 circumstantiarum.

Ut scilicet det quando, quantum, et qualiter
 unicuique⁹⁶⁷ expedit et non aliter⁹⁶⁸ ad quod magna
 discretio et attentio exigitur. Quod autem sit premium
 talis⁹⁶⁹ subdit, *beatus ille servus* et cetera,⁹⁷⁰ ut autem
 ostendat quod ad optinendum hoc premium necessaria
 est⁹⁷¹ predicti operis observantia usque ad ultimum diem.⁹⁷²
 Ideo dicit quod⁹⁷³ *cum venerit dominus invenerit sic*

⁹⁶¹ Matt 24:45.

⁹⁶² A/ omits *de*; *difficile*; D/ *defacile*

⁹⁶³ A/ *tertia*

⁹⁶⁴ Matt 24:45.

⁹⁶⁵ F/ omits *aliud*

⁹⁶⁶ D/E/ *debet*

⁹⁶⁷ F/ *ubicumque*

⁹⁶⁸ A/ omits *unicuique expedit et non aliter*

⁹⁶⁹ B/ *tale*

⁹⁷⁰ Matt 24:46.

⁹⁷¹ D/E/ *est necessaria*

⁹⁷² F/ adds *et*

⁹⁷³ B/F/ *quem*

facientem,⁹⁷⁴ id est ille est et erit beatus qui sic fecerit usque⁹⁷⁵ ad ultimum punctum vite sue. Quantum autem sit talium premium ostendit subdens,⁹⁷⁶ *quoniam super omnia bona sua*⁹⁷⁷ *constituet eum*.⁹⁷⁸ Secundum Remigium, hinc⁹⁷⁹ patet quam⁹⁸⁰ magna est distantia inter beatos predicatores et bonos auditores. Bonos enim⁹⁸¹ auditores *faciet discumbere*, ut Lucas dicit:⁹⁸² bonos autem predicatores *constituet super omnia bona sua*.⁹⁸³ Ut scilicet⁹⁸⁴ secundum Origenem conregnent cum Christo.⁹⁸⁵ Et Rabanus dicit quod pre ceteris⁹⁸⁶ eterna premia habebunt, tum pro sua vita, tum pro gregis custodia.⁹⁸⁷ Unde singularis gloria perfecti doctoris et rectoris animarum potius est intelligenda per precellentiam glorie substantialis quam solius glorie accidentalis, quod est intelligendum. Si secundum precellentiam sui status precellat in amore et opere, tunc enim erit in superioribus ordinibus glorie. Et ideo secundum Dyonisium respectu inferiorum habebit principatum, quamvis secundum

⁹⁷⁴ Matt 24:46.

⁹⁷⁵ A/ omits *usque*

⁹⁷⁶ D/E/ *dicens*

⁹⁷⁷ B/ omits *sua*

⁹⁷⁸ Matt 24:47.

⁹⁷⁹ D/ *hic*

⁹⁸⁰ B/ *quod*; F/ *quanta*; omits *magna*

⁹⁸¹ A/D/ *autem*

⁹⁸² A/ *dicit Lucas*; Luke 12:37.

⁹⁸³ Matt 24:47; *magna est...bona sua*; Remigius, CA 24.13.421b

⁹⁸⁴ D/E/ omit *scilicet*

⁹⁸⁵ *conregnent cum Christo*; Origenes, CA 24.13.421b.

⁹⁸⁶ F/ adds *bona*

⁹⁸⁷ *pre ceteris...gregis custodia*; Rabanus, CA 24.13.421b.

Hylarium,⁹⁸⁸ ille super omnia bona sua⁹⁸⁹ constituitur qui in Dei gloria collocatur: quia nihil est ultra quod melius sit.⁹⁹⁰

Pro malo⁹⁹¹ autem prelato subdit, et primo quo ad eius culpam (138^{ra}) dicens, *si autem dixerit malus servus*,⁹⁹² cuius culpam describit quo ad tria. Primum est falsa et intemorata estimatio dilationis divini iudicii, que communiter provenit ex nimio amore, et ex nimia⁹⁹³ spe huius vite, et ex parvipensione⁹⁹⁴ divine iustitie et iudicorum eius, et hoc est dicere *in corde moram facit dominus meus venire*.⁹⁹⁵ Si enim secundum Augustinum diceret hoc ex multo desiderio accelerationis glorie et ex tedio vanitatum⁹⁹⁶ huius vite, tunc diceret⁹⁹⁷ hoc ut bonus servus.⁹⁹⁸ Secundum est superba duritia et crudelitas in subditos, immo⁹⁹⁹ in conservos unde subdit, *et cepit percutere conservos*¹⁰⁰⁰ *suos*.¹⁰⁰¹ Tales enim non habent pietatem¹⁰⁰² ad animas, sed verbo et¹⁰⁰³ facto et pravo

⁹⁸⁸ Cl. Latin *Hilarius*

⁹⁸⁹ F/ omits *sua*

⁹⁹⁰ Dyonisius, *non inveni; in Dei gloria...melius sit; Hilarius, CA 24.13.421b.*

⁹⁹¹ A/ *mallo*

⁹⁹² Matt 24:48.

⁹⁹³ F/ omits *ex nimia*

⁹⁹⁴ A/ *parvipensione*

⁹⁹⁵ Matt 24:48.

⁹⁹⁶ B/ omits *glorie et ex tedio vanitatum; D/ vivatum*

⁹⁹⁷ D/ *dicere*

⁹⁹⁸ Augustinus, *non inveni.*

⁹⁹⁹ A/ adds *et*

¹⁰⁰⁰ A/ *servos*

¹⁰⁰¹ Matt 24:49.

¹⁰⁰² A/ *haberent potestatem*

exemplo multipliciter tam in spiritum quam in rebus et corpore ledunt eos. Tertium est carnalitas et carnalium societas, unde subditur, *manducet autem et bibat cum ebriosis*,¹⁰⁰⁴ id est cum carnalibus. In hiis autem tribus per ordinem, ostenditur quod talis pessime¹⁰⁰⁵ se habet ad Deum, et ad proximum, et ad se ipsum. Quantum¹⁰⁰⁶ vero ad eius penam subdit, *veniet dominus*,¹⁰⁰⁷ ubi ponit tria penalia tribus primis correspondentia.

Contra primum enim¹⁰⁰⁸ subitatio iudicii,¹⁰⁰⁹ contra secundum vero¹⁰¹⁰ est quod *dividet eum*,¹⁰¹¹ id est secundum Ieronimum a consortio sanctorum separabit vel ab omnibus que amabat et optabat.¹⁰¹² Vel secundum Origenem, dividet eum separando ab eo omnia dona spiritualia, ut nudatus ab eis vadat ad inferos.¹⁰¹³ Vel per *dividet* intelligit quod quadam spirituali seu intellectuali incisione omnia interiora potentiarum eius virtualiter distraherentur a suo debito ac proportionali et quieto statu, ut sicut proximum dure¹⁰¹⁴ percussit sic¹⁰¹⁵ dure percutiatur.

¹⁰⁰³ F/ *ac*

¹⁰⁰⁴ Matt 24:49.

¹⁰⁰⁵ D/E/ *pessimum*

¹⁰⁰⁶ A/ *quarto*

¹⁰⁰⁷ Matt 24:50.

¹⁰⁰⁸ A/D/ *est*; B/ *adds est*

¹⁰⁰⁹ F/ *ieiunii*

¹⁰¹⁰ F/ *vero secundum*

¹⁰¹¹ Matt 24:51.

¹⁰¹² *a consortio sanctorum seperabit*; Hieronymus, CA 24.13.422a.

¹⁰¹³ Cf. Origenes, CA 24.13.422a.

¹⁰¹⁴ A/ *dire*

¹⁰¹⁵ D/E/ *omit sic*

Contra tertium vero est,¹⁰¹⁶ *partemque*¹⁰¹⁷ *ponet*¹⁰¹⁸ *cum ypocritis*¹⁰¹⁹ *illic erit fletus et stridor dentium.*¹⁰²⁰ Sicut enim primo erat¹⁰²¹ cum ebriosis sic modo cum ypocritis, et sicut tunc vacabat cibo et potui,¹⁰²² ita nunc¹⁰²³ fletui¹⁰²⁴ et stridori. Per ypocritas enim possunt intelligi omnes mali dicti ypocrite pro tanto quod¹⁰²⁵ amant bona apparentia¹⁰²⁶ potius quam vera. Vel sicut supra primo¹⁰²⁷ premisit carnales similes illis de tempore Noe; secundo ypocritas bonis in statu assimilatos,¹⁰²⁸ ubi dicitur, *duo erunt in agro* et cetera.¹⁰²⁹ Ita hic videtur velle¹⁰³⁰ innuere quod duo sunt genera malorum super alios eminentium,¹⁰³¹ scilicet prelati carnales et tyrannizantes et pseudoreligiosi¹⁰³² seu¹⁰³³ pseudoprophete ypocriticaliter viventes. Ut¹⁰³⁴ primi

¹⁰¹⁶ D/E/ *erit*

¹⁰¹⁷ A/B/ adds *eius*

¹⁰¹⁸ F/ omits *ponet*

¹⁰¹⁹ Cl. Latin *hypocritis*

¹⁰²⁰ Matt 25:51.

¹⁰²¹ A/ *fuit*

¹⁰²² A/ *potu*

¹⁰²³ A/ *vivit*

¹⁰²⁴ A/ *fletu*

¹⁰²⁵ A/B/ *quanto*

¹⁰²⁶ A/ *temporalia*

¹⁰²⁷ F/ omits *primo*

¹⁰²⁸ A/ *assimilationis*

¹⁰²⁹ Matt 24:40.

¹⁰³⁰ A/ *velle videtur*; B/ omits *velle*

¹⁰³¹ A/ *imminentium*

¹⁰³² B/ adds *id est*

¹⁰³³ D/E/ *sive*

¹⁰³⁴ D/E/ omit *ut*

intelligentur per bestiam ascendentem de abyssu secundi¹⁰³⁵
per bestiam ascendentem¹⁰³⁶ de terra et¹⁰³⁷ habentem duo
cornua similia agni, sive per pseudopphetam, qui facit
signa coram bestia.¹⁰³⁸ Et quia isti sunt longe peiores,
primis ideo ponuntur habere primatum in pena propter quod
primi dicuntur poni cum istis potius quam e contrario. De
hiis autem ypocritis¹⁰³⁹ proprie dicitur¹⁰⁴⁰ parabola sequens.
Verba autem sequentia, scilicet *illic erit fletus et stridor
dentium*,¹⁰⁴¹ (138^{rb}) exposita sunt supra capitulo octo.¹⁰⁴²

¹⁰³⁵ B/ adds *autem*; F/ *seculi*

¹⁰³⁶ A/ omits *de abyssu secundi per bestiam ascendentem*

¹⁰³⁷ A/ omits *et*

¹⁰³⁸ Cf. Apoc. 13:11.

¹⁰³⁹ Cl. Latin *hypocritis*

¹⁰⁴⁰ F/ *dicit*

¹⁰⁴¹ Matt 24:51.

¹⁰⁴² D/E/ *octo capitulo*; F/ *octo decimo*